

## Band V., Nr. 1364, Seite 132-133

*Die Söhne des Sindelfinger Kanonikers Marquard von Bernhausen und deren Nachkommenschaft erhalten auf Marquards Bitte von dem Propst Konrad und Kapitel von Sindelfingen für den Fall seines Todes gegen einen Jahreszins die zu dem von Marquard dem Stift überwiesenen Hof gehörigen Güter zu Lehen.*

Ohne Ortsangabe, 1255. November 16.

Ne facta, que fiunt in tempore mortalium, per obscuritatem oblivionis a memoria labantur, tenore scripturarum pro memoriali prudentium virorum consiliis firmiter eternantur. Noverint presentes et posteri presens scriptum lecturi, quod sana deliberatione prehabita Marquardus dictus de Bernehvsen, canonicus in Sindeluingen, apud C. prepositum et capitulum ecclesie eiusdem piis petitionibus optinuit, ut bona pertinentia ad curiam suam, quam iam dudum beato Martino delegavit, pueri sui nomine feudi ab ecclesia quiete et pacifice possiderent, cum predictus M. viam universe carnis esset inevitabiliter ingressus, XX<sup>ti</sup>. solidos annuatim pro censu fraternitati capituli soluturi. Insuper concordante consensu tocius conventus dinoscitur inpetrasse, ut posteritas illorum puerorum per successionem iure hereditario sine qualibet contradictione in perpetuum, dum supradictum censum callide non inminuat, optineret et perciperet communiter bonorum que prescripsimus possessiones. Et ut huiusmodi factum npn possit aliquatinus infringi vel per calumpnias aut alias iniuriarum machinationes fortuitu incidentes contra capitulum ex parte heredum, presentem scedulam procuravimus conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem interfuerunt videlicet: C. prepositus et S. de Megenshain<sup>1</sup> et C. de Ihelingen et E. de Tetingen<sup>2</sup> et R. magister de Hilterathusen et F. de Dvlicheshvsen et H. de Kirchain<sup>3</sup>, canonici in Sindiluingen et C. scultetus et B. dictus Phlvger et B. dictus Stech.

<sup>1</sup>Sicher eher Mönshheim, Mönshheim, PF, als Meimsheim, Brackenheim, HN, für das in dieser Zeit eher der Name *Meinbotsheim* gebräuchlich ist, vgl. Urkunde Nr. 1570, WUB, Bd. V., S. 327–328.

<sup>2</sup>Welches der verschiedenen Dettingen in Betracht kommt, ist fraglich.

<sup>3</sup>Wohl Kirchheim unter Teck, Kirchheim unter Teck, ES; vgl. Beschreibung des Oberamts Kirchheim, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart u.a. 1842 (Beschreibungen des Königreichs Württemberg, 16). [ND Magstadt 1962], S. 148, wo ein Heinrich als Mitglied des Kirchheimer Ministerialengeschlechts genannt wird; zu eben diesem Heinrich vgl. auch Urkunde Nr. 1873 (WUB, Bd. VI. S. 267).

## II

Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LV<sup>o</sup>., XVI<sup>o</sup>. kalendas Decembris, indictione XIII<sup>o</sup><sup>a4</sup>.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Nur noch der Pergamentstreifen, an dem das Siegel hing, ist an der Urkunde befestigt.

---

<sup>4</sup>Nach der Indictio Bedana.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 601 U 34

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Konrad; Probst von Sindelfingen Sindelfingen; Kapitel

**Ortsindex:**

Bernhausen Wohnplatz (481)

Bernhausen, Filderstadt, ES

Dettingen

Dilgshausen Wüstung (21543)

Dilgshausen, Leonberg, BB, W

Hildrizhausen Wohnplatz (130)

Hildrizhausen, BB

Ihlingen Wohnplatz (7486)

Ihlingen, Horb am Neckar, FDS

Kirchheim unter Teck Wohnplatz (373)

Kirchheim unter Teck, ES

Meimsheim Wohnplatz (1882)

Meimsheim, Brackenheim, HN

Mönsheim Wohnplatz (7054)

Mönsheim, PF

Sindelfingen Wohnplatz (211)

Sindelfingen, BB